

Zi  
4665









QK. 295.

v. Güntherod

Ze  
4665

21

EPICEDION

IN OBITVM  
PIAE NOBILIS AC

HONESTAE MATRONAE  
ANNÆ A GVNTERROT, REVERENDI

VIRI D. M. IOHANNIS SCIVRI, HEBREAE

Linguae Professoris in Academia Re-

giomontana, Coniugis, quæ

obiit 8. Februarij, An-

no 1560.

AUCTORE

VALENTINO SCHRECKIO.

REGIOMONTI BORVSSIAE,

Excudebat Ioannes Daubmanus.

B. 49





1897

1897

M. G. B. I. T. V. M.

1897

1897

1897

1897

1897

1897

1897

1897

1897

1897

1897

1897

1897

1897

1897

1897

1897

1897





EPICEDION

IN OBITVM  
PIAE NOBILIS AC

HONESTAE MATRONAE  
ANNÆ AGVNTTERROT, REVERENDI

VIRI D. M. IOHANNIS SCIURI, HEBREAE

Linguae Professoris in Academia Re-

giomontana, Coniugis, quæ

obijt 8. Februarij, An-

no 1560.

*S*l qua prius tristes meruerunt tempora luctus,  
Si qua dolore prius iusta querela fuit.  
Nunc opus est lacrimis, tristes nunc fundere fletus  
Conuenit, hic pondus debet habere dolor.  
Occidit en docti coniux dilecta Sciuri,  
Et iacet in gelida flebilis uxor humo.  
Dicite Misniacæ lugubria carmina Nymphæ,  
Vestra nouum uirtus hac necesse uulnus habet.  
Vitales illam uos produxistis in auras,  
Ad uos præcipue pertinet iste dolor,  
Eheu crudelis quæ tanta potentia fati,  
Quod sine delectu corpora quæq; rapit?

A z Non



Non secus ac lolium flauas & messor aristas  
Non habita per agros qui ratione metit:  
Sic genus humanum nullo discrimine morti  
Subiacet, intereunt optima iuncta malis.  
Si tamen hæc æquam paterentur sorte ruina,  
Improba si caderent funera iuncta bonis,  
Æquior in nostris foret hæc nunc causa querelis  
Forsitan & leuior nostra querela foret.  
Nunc quia quæq; cadunt bona, pessima quæq; supersunt,  
Inuidia fatum quis caruisse putet.  
Dicite Misiacæ lugubria carmina Nymphæ,  
Vestra afflictæ salus hac moriente fuit.  
Si quam nobilitas seruaret, & inclyta uirtus,  
Vere hæc digna quidem ne moreret erat.  
Quam non uirtutis nec nobilitatis egentem  
Ante diem mersit funere mœsta dies.  
Ac remetalliferis dum profert inclyta Venis  
Mysia, dum rapidas uoluet Elyster aquas:  
Nobile Guntrotum genus & stirps clara manebit,  
Vnde tulit uerum progenerata decus.  
Vrbs ubi diues opum Phylirese se fortibus effert  
Mœnibus ad ripas, humide Pica, tuas  
Imbibit hic uerum fidei & pietatis amorem,  
Et didicit sanctum religionis opus.

Vtq;



Vtq; fuit sacros studiosa euoluere libros,  
Et tota Verum noscere mente DEVM.  
Dogmata sacra Dei sic fouit amore professos,  
Cum quibus ut posset Viuere cura fuit.  
Sunt rata Vota, tribus fuerat coniuncta maritis,  
Dulce propagabant qui pietatis opus.  
Primus in excultis quorum Misneidos oris  
Monstravit miseris quæ sit, & unde, salus.  
Alter, Hyperboream qua se defleclit ad arcton  
Prussia, diuina contudit arte rudes.  
Tu tandem, instinctu Ducis, hac connubia firmas  
Tertius, ingenij clare Sciure bonis.  
Quem decorant triplices profitentem munera lingue,  
Hic ubi Musarum docta Lycea patent.  
Tu Veterum fontes & sacra uolumina Vatum  
Excutis, o donis uiuere digne tuis.  
Illa uiris tantis placidam traducere uitam  
Maluit, inq; Dei cognitione mori:  
Quam qui clara domus iactant insignia, iungi,  
Atq; datum luxu perdere tempus, iners.  
Scilicet esse rudem, bona spernere, tetra probare,  
Eximium nunc est nobilitatis opus.  
Exulat interea pietas, studia alma fatiscunt,  
Dira quid hæc cessis perdere môstra DEVS:

A 3 Accite



*Aedite Misniacæ mæstissima carmina Nymphæ,  
A duos præcipue pertinet iste dolor.  
Quid pia sedulitas, diuinæq; gratia morum  
Profuit, aut castæ simplicitatis amor?  
Cætera uirtutis quid dona insignia, matres  
Quæ dignas faciunt laudibus esse suis?  
Illa suos uera de religione docebat,  
Curabatq; suæ munia certa domus.  
Casta sibi iunctum fuit amplexata maritum,  
Legitimi cultrix religiosa thori.  
Transfodisse suum ferro Lucretia pectus  
Fertur, ut amisso damna pudore dolet.  
Hæc, quæ sæpe bonas rapit in contraria mentes,  
Gloriolam formæ cauit inesse suæ.  
Casta domi uera se simplicitate tenebat,  
Cui sat erat proprio posse placere uiro.  
Sic quoq; maiorem meruit uirtutis honorem,  
Tutior insidias quæ cauet illa manet  
Dicite Misniacæ lugubria carmina Nymphæ,  
Vester honos huius morte sepultus obit.  
Vere nouo uarios ceu colligit Attica flores,  
Dulcia & in cæris mella reponit, apis.  
Sic populabatur uarijs ea floribus herbas,  
Igneq; stillantes eliciebat opes.*

*His*



phæ,  
His consueta domi tetros auertere morbos,  
Atq; suis uitæ ferre salutis opem.  
His quoq; languentem seruabat sæpe maritum,  
Quo sine nil gratum quicquid habebat erat,  
Has etiam doctos inopum seruabat in usus.  
Quorum sæpe fuit commiserata uices,  
Seu præssi morbo seu paupertate iacebant,  
Omnibus optatam sponte ferebat opem.  
Cuius nunc charæ deflent ceu funera matris,  
Atq; abrepta sibi commoda tanta gemunt.  
Dicite Misniacæ lugubria carmina Nymphæ,  
Dicite nunc uerè gloria nostra iacet.  
Ceu gemit amissa spoliatus compare turtur,  
Et lugubre sonans quæstibus implet agros.  
Coniugis extinctæ sic deflens fata maritus,  
In lachrimas mæsto pectore totus abit.  
Ille sed o longos uideat feliciter annos,  
Dulcia & ad cœli gaudia serus eat.  
Promoueat sacras diuini dogmatis artes,  
Quæq; solet, studijs commoda grata ferat.  
Dicite Misniacæ lugubria carmina Nymphæ,  
Quæ uenit ex merito iusta querela uenit.  
Plangite uirtutes, flores aspergite busto,  
Et date odoriferis lilia mixta rosis.

Ante

His



Ante alias Pietas & Amor, Spes alma, Fidesq;  
Quarum inter moriens occidit illa manus.  
Dum te Chrisme uocat, in te dum fixa quiescit,  
Cuius in horribili stat cruce nostra salus.  
Hæc decorare decet largo uos funera fletu,  
Vestra nece illius gloria uultus habet.  
Dicite Mysniacæ lugubria carmina Nymphæ,  
Optima nunc causam quæq; doloris habent:  
Et merito, quis enim iusto certare dolori  
Posset? & hæc pius est fata dolere dolor.  
Ipse utinam dignas possem tibi ferre querelas,  
O matrōna tuis non moritura bonis.  
Quam colui grato propriam ceu pectore matrem,  
Fœmina non alio tanta colenda loco.  
Sæpe fauore tuo siquidem mea cæpta iuuabas,  
A studijs & eras non aliena meis.  
Tu curam nostra pro commoditate gerebas,  
In nos quæ tua erant corda parentis erant,  
Pro meritis ergo grati cape munus amici,  
Hæc sunt officij munera summa mei.  
Illatum multos seruabunt nomen in annos,  
Si quis amor ueri posteritatis erit.  
Interea placido recubent tua membra sepulchro,  
Difficilis cineres nec premat urna tuos.  
Spiritus ætherea, quam suspirauit, in aula  
Vuat, & accipiat præmia digna fide.



# EPITAPHIVM EIVSDEM.


**H**umanis iacet hic soluta fatiis  
Præclarum decus Anna foeminarum,  
Consortis nupta piothori Sciuro,  
Cuius nobilitas auita clarum  
Guntrotum genus à domo trahebat.  
Tædæ conscia tertio iugalis  
Doctis sponsa Viris pudica nupsit.  
Qui ueræ pietatis ac docendo  
Monstravit iter arduum salutis, <sup>virtutis</sup>  
His uitam placidè piam peregit  
In cultu fidei modestiaq;  
Quæ uitam faciunt beatiorem.  
Et tandem moriens pio uocabat  
Christum pectore, sæpiusq; uocem  
Illius repetebat inquentis:  
Si quis corde fideliore seruat  
Verbum quod doceo, Videre mortem  
Nescit, si moritur pius resurget.  
His firmata suam beata clausit  
Spe constante diem, suisq; moestum  
Nunc desiderium bonis reliquit.

Alind



ALIUD

*V*xoris docti recubant hic ossa Sciuri,  
*P*ars melior superas *V*ina petiuit opes.



*mill*



K





Ze 4605 QK

M



Pou zē 4 665, Qk

ULB Halle  
003 882 241


3











QK. 295.

v. Güntherod

Ze  
4665

21

EPICEDION

IN OBITVM  
PIAE NOBILIS AC

HONESTAE MATRONAE  
ANNÆ A GUNTERROT, REVERENDI  
VIRI D. M. IOHANNIS SCIVRI, HEBREAE

Linguae Professoris in Academia Re-  
giomontana, Coniugis, quae  
obijt 8. Februarij, An-  
no 1560.

AUCTORE

VALENTINO SCHRECKIO.

REGIOMONTI BORVSSIAE,  
Excudebat Ioannes Daubmanus.

B. 49

